



Universitätsbibliothek Paderborn

Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo

Le Mire, Aubert

Brvxellis, 1627

62. Godefridus III. Lotharingiae Brabantiaeque Dux Littam, alodium,
Reme[n]si monast. S. Remigij, quod est Bened. restituit an. 1160.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10903

CAPVT LXII.

Godefridus VII. Lotharingie Brahantiaeque Dux Littam alodium
Remensi monasterio S. Remigij restituit,
an. 1160.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego GODEFRIDVS Dux Lotharingiæ, filius Godefridi iunioris Ducis, notum facio vniuersitatem sanctæ matris Ecclesiæ filijs, tam futuris quam præsentibus, me.... alodium B. Remigij, Francorum Apostoli, quod Litta dicitur, duobus annis tenuisse.

Tandem verò compunctus & pænitentia ductus, nec non mandato domini Imperatoris coactus, & à Coloniensi Archiepiscopo Rainaldo, & à domino Leodiensi Episcopo admonitus, iam dictum alodium cum omnibus ad ipsum pertinenteribus Deo & B. Remigio prompta deuotione reddidi, nec non fidei sacramento confirmaui, & in præsentia Baronum meorum illud abdicavi.

Statuens & confirmans, quod numquam per me, nec per aliquem meorum sæpedictum monasterium de ipsius alodij rebus aliquod damnum patietur, sed ex integro ei maneant omnia sua, sicut dedid & confirmauit GERBERGA, venerabilis Francorum Regina.

Quod meæ constitutionis decretum, vt per succendentia tempora inconvulsum seruetur & maneat, auctoritate mei sigilli firmaui & testes idoneos subnotaui.

Huius rei, ex parte Ecclesiæ, testes sunt.

Philippus Abbas de Parco.

Simon Præpositus de Louanio.

Riczo eiusdem ecclesiæ Canonicus.

Lambertus Canonicus ecclesiæ B. Petri in Leodio.

Theodericus Præpositus de Marsna.

Guilielmus Canonicus de Brusella.

Leo Prior ecclesiæ B. Remigij.

Guilielmus Præpositus.

Guilielmus Prior S. Thomæ.

Warnerus monachus.

¶ 3

Ex

Ex parte Ducis, liberi.

Leonius de Pollar. Reinerus de Iacia.

Antonius & Galterus de Mesbruecke.

Gillebertus de Wesebeke. Anselmus de

Guilielmus, filius Manerij, de

De familia.

Gerardus de Huldeberghe.

Henricus Magethoke. Henricus de Salla.

Arnoldus de Rode, & filius eius Arnoldus.

Engelbertus de Menefelue. Waleramus de Leuuel.

1160. Actum est hoc anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo, Indictione VIII.

N O T A T I O.

De MARSNA seu Marsana, & LITTA, alodijs, monasterio S. Remigij Remensis per Gerbergam Francorum Reginam an. 968. datis, vide nostrum Codicem don. piarum, tom. 1. cap. 38.

C A P V T L X I I I .

Philipus Alsatius, Flandrorum & Veromanduorum Comes, in Ariensi apud Artesios Canonicorum S. Petri basilica XVI, probendas Canonicales anno 1163. fundat ac dotat.

IN nomine Domini, amen. Ego PHILIPPVS, Dei gratia Flandriæ & Viromandiaæ Comes, tam futuris, quam presentibus in perpetuum.

Mentes humanæ studio mundanæ voluptatis ad terrena de faciliter incurvantur, & celeritate admodum proclivi in lubricum discurrent. Hoc enim à radice vitiorum originaliter ad nos usque pervenit. Quapropter omnibus fidelibus admodum esset necessarium, ut inter vitiorum tumultus, & naufragia virtutum, suffragijs aliquando possent respirare.

His ergo documentis admonitus, quamuis in modico, tamen in aliquo,